Fragmentarium

Nec fonte labra prolui caballino
Nec in bicipiti ſomniaſſe parnaſo
Memini me: ut repente ſic poeta prodirem
Heliconiadas palidamque pirenem
Illis relinquo. quorum imagines lambunt
Hedere ſequaces. ipſe ſemipaganus
Ad ſacra uatum: carmen affero noſtrum
Quis expediuit pſitaco ſuum chere
Picaſque docuit noſtra uerba conari
Magiſter artis ingeniique largitor
Venter negatas artifex ſequi uoces
Quod ſi doloſi ſpes refulxerit nummi
Coruos poetas et poetridas picas
Cantare credas pegaſeium melos

O Curas hominum o quantum eſt in rebus inane
Quis leget hec. min tu iſtud ais: nemo
Vel duo uel nemo: turpe et miſerabile quare? hercle nemo.
Ne mihi polidamas et troadas labeonem
Pretulerint: nuge: non ſi quid turbida roma
Eleuet accedas: examen ne improbum in illa
Caſtiges trutina. nec te queſieris extra
Nam rome eſt quis ac ſi fas dicere: ſed fas

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat 137, f. 1r – Noted liturgical fragments
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-avmm/9235/68459)